



Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen
Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1843

CXXXII. Schreiben des Markgrafen Otto von Brandenburg an die Königin
Kunigunde von Böhmen, worin er diese ersucht, seinen Oheim, ihren
Gemahl, zu erinnern, daß er des Markgrafen und seiner ...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56055)

CXXXII. Schreiben des Markgrafen Otto von Brandenburg an die Königin Kunigunde von Böhmen, worin er diese ersucht, seinen Eheint, ihren Gemahl, zu erinnern, daß er des Markgrafen und seiner Angelegenheiten gedente.

Pro eo, quod vos in nostris negotiis circa avunculum nostrum carissimum semper habuimus sollicitam et benignam, Serenitati vestrae tenemur et teneri volumus ad merita gratiarum. Cum igitur (secundum) canonem nihil factum videtur, cum aliquid super est ad agendum, Generositati vestre quam intime supplicamus, quatenus et nos et negotia nostra in vestram sollicitudinem alluentes apud avunculum, maritum vestrum carissimum, nostri memoriam habeatis. Quocirca apud vos quoad iuxerimus omni quo possumus servitiorum studio volumus libentissime promereri.

Aus Palacky's Formelbuche der Königin Kunigunde von Böhmen in den Abh. der Böhm. Gesellschaft der Wissenschaften V, II, 279. Nr. 32.

CXXXIII. Revers eines Markgrafen (Albrecht von Brandenburg?), worin selbiger eidlich gelobt, seinen Bruder, den Markgrafen Otto, brüderlich zu lieben.

Intendentes communi amoris sinceritate et unionis perpetuae potestate carissimum germanum nostrum, dominum O. illustrem marchionem, diligere et verae dilectionis affectibus perpetuo amplexari, pro pacis et concordiae caritativis nexibus connectendis firmius et irrevocabiliter observandis, sicuti pluries promissimus, ita et nunc promittimus bona fide, praescripto nihilominus corporali sacramento, quod dictum marchionem ex cordis intimis affectibus (diligemus) et ei cum toto posse nostro contra omnem viventem hominem assistemus.

Aus Palacky's Formelbuche der Königin Kunigunde, a. a. D. S. 312.

CXXXIV. Johann, Otto und Konrad, Markgrafen von Brandenburg, bestätigen die vom Herzoge Barnim von Pommern gestiftete Collegiat-Kirche der Jungfrau Maria zu Stettin, am 12. Januar 1269.

In nomine sancte et individue trinitatis amen. Johannes, Otto et Conradus, Dei gratia Brandenburgenses marchiones, omnibus in perpetuum. Sicut uniuersa, que in celestis hierarchie ambitu continentur, a primo suo exitu omnipotentis Dei nutu distincta, stabilem perpetuitatem et inpermutabilem sunt sortita, Sic ea, que sub sole in toto orbe terrarum reperiuntur, per varietatis et instabilitatis tramitem defluunt et decurrunt. Sane cum acta principum, que subesse debent perpetuo robori, que sub decursu temporis fiunt, scriptis autenticis et testibus idoneis adeo expedit stabiliri, ne continua fluxibilitas temporis aut vilius occasio calumpnie in posterum deleat aut eneruet; Hinc est, quod notum esse volumus natio-